

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1321 - 1323

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

315. Johannes XXII papa episcopo Argentinensi mandat, quatinus Mangoldum natum comitis de Nellenburch scolarem Constanciensis diocesis, postquam fuerit clericali caractere insignitus, in ecclesia Argentinensi recipi faciat in canonicum et in fratrem et prebendam vacantem aut vacaturam ei conferre procuret. «personam dilecti.» datum Avinione idibus junii anno 5. 1321 Juni 13 Avignon. 5

Aus Vatik. Akten Nr. 252 (Reg. 72 nr. 1586).

316. Johannes XXII papa Lutoldo nato Lutoldi de Chrenkingen canonicatum ecclesie Argentinensis confert sub expectatione prebende. datum Avinione idibus junii anno 5. 1321 Juni 13 Avignon.

Aus Vatik. Akten Nr. 235 N. 4 (Reg. 72 commun. Nr. 1016). 10

317. *Bischof Johann von Straßburg bestimmt die Gleichstellung der Königs-Kaplans- und anderer Nebenpfünden mit den Canonicatspfünden des Straßburger Domcapitels. 1323 Juni 17.*

In dei nomine amen. nos Johannes dei gratia episcopus Argentinensis ad publicam universorum et omnium ac singulorum, quorum interest, notitiam scripto presenti volumus pervenire, quod, cum apud capitulum ecclesie nostre Argentinensis de prebendis regis, capellani episcopi, quatuor ebdomadariorum et trium elemosinariorum, que sicut prebende canonicorum ministrantur de communibus granario cellarario et coquina, esset suborta dubietas super eo, an prebende anted'cte juxta statum singularum cum prebendis canonicorum crescere deberent in redditibus et augeri, si quando facultatibus ecclesie undecunque adauctis prebendas solitas canonicorum contingeret augmentari, quibusdam de capitulo sentientibus hoc fieri non debere, aliis econtra dicentibus,¹ quod prebende anted'cte, que sterilitatis et cujuslibet calamitatis tempore cum prebendis canonicorum descrescunt, merito etiam debeant fertilitatis et cujuslibet pinguioris eventus tempore secundum statum singularum crescere cum eisdem, et ad nos tamquam ad ordinarium judicem super hujusmodi dubietatis interpretatione seu declaratione haberetur recursus, nos rationes et instructiones pro utraque parte exhibitas inspeximus diligenter. quibus inspectis et hiis, que in proxima visitatione ecclesie nostre per nos facta de solido, qui prebendis singulis canonicorum per novam augmentationem prestatur et prebendis regis et capellani episcopi subtrahitur, inventa fuerant, recensitis, communicato prudentum virorum consilio, decla-

¹ Ueber diese Frage hatten vorher am 16ten April desselben Jahrs Walramus de Veldentze decanus ac Johannes de Schwartzenberg canonicus ecclesie Argentinensis electi a capitulo dicte ecclesie ad inquirendum et investigandum tam in capitulo quam extra capitulum super augmentatione prebendariorum etc. entschieden, quod dictam denariorum augmentationem habere in futurum de jure non debeant, während der Scholasticus Johann von Ochsenstein erklärte unterm 17ten April, prefatis prebendaris augmentationem fructuum suarum prebendarum esse faciendam ad presens et etiam in futurum juxta modum in ipsa ecclesia Argentinensi hactenus observatum. Vergl. Copialbuch des Domcapitels nr. 309. u. 310. 35